

In Frisia orientali incidi in Ministrum quendam
nomine Jh. Fickium, qui mihi scriptum quoddam tuum
de sententia D. Piscatoris exhibuit. Obnixè Tuam
Dignitatem rogo, ut illius quoque per amanuensem ali-
quem me participem faceret, non dedignetur.
Lausanne 13. Martij 1614.

185.

Clar. D. Pareo Lib. Lubbertus S. D. P.
Superiori estate scribebam et simul mittebam
tibi meos commentarios ad errores Vorstii.
Ab eo tempore nihil abs te accepi, ut ambigam, an
tibi aliquid humanitus auiderit. Rogo autem Te,
mi Paree, si adhuc superstes es, ut me de tua va-
letudine certiores facias, et simul significes
an in refutatione Bellarmini pergas. Ego redi-
eram ad Bellarminum, sed non permittunt Hollandi,
ut in eo retereundo laborem. Vorstius enim
contra me edidit paradoxon, in qua causa defer-
ta ad convicia prolabitur. Ego jam para-
veram responsionem, sed ejus editionem dispuent
Amici. Ab eo tempore etiam Protius in me
irruit, et per meum litus oppugnat totum regi-
men Ecclesiarum nostrarum. Haec etiam respondi
et eam responsionem post paucos dies typographo
dabo. Si non est molestum perscribe ad me judicium
tuum de transmissis commentariis. Saluta filium
tuum Philippum Pareum, et Henricum Altin-
gium, à quo etiam responsum expecto. Vale.
Franeker 1614. die 15. Januarij.

186.

Clar. D. Pareo Jac. Fabricius S. I. P.
Biennium ferme est, vir Clarissime, quo nullus
ad te sedi literas, non tam voluntate mea vel
oblivione veteris nostrae amicitiae, quam quod
varius impeditis morbis à scribendi officio absti-
nere coactus fui. Vexavit me et excarnificavit
longo